

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Ad Orationes. Tres De Henrico IV. Imp. Avg. Magno. Illo.
Qvidem At. Iniquitatem. Temporum Singularem Experto In
... Collegio Christian-Ernestino A. D. VII. Eid. Ivn.
MDCCXXVI.**

Flessa, Johann Adam

Barvthi, MDCCXXVI.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-484180](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-484180)

AD
ORATIONES. TRES
DE
HENRICO
IV.

21

IMP. AVG.
MAGNO. ILLO. QVIDEM
AT. INIQUITATEM. TEMPORVM
SINGVLAREM. EXPERTO

IN
ILLVSTRI. COLLEGIO
CHRISTIAN-ERNESTINO

A. D. VII. EID. IVN. clb lo cc XXVI.

E. PROMTA. MEMORIA. RECITANDAS
MECAENATES. LITTERARVM. EXISTIMA-
TORES. FAVTORES. AMICOS

OMNESQVE. AB. STUDIO. HISTORIARVM
ET. HVMANITATIS. HAVD. ALIENOS

EA. QVA. PAR. EST

OBSERVANTIAE. ATQVE. OFFICIORVM
SIGNIFICATIONE. INVITAT

SIMVLQVE

AGNETEM. AVGVSTAM. HENRICI. IV.
MATREM

AB. ADVLTERII. SVSPICIONE. LIBERAT

IO. ADAMVS. FLESSA

HIST. ET. MATH. P. P.

BARVTHI,


PRELO IOANNIS LOBERI, AVLAE CANCELLARIAE ET ILL. COLLEGII
CHRISTIAN-ERNESTINI TYPOGRAPHI.

1728





DE ini-
habu-
CVS
Imp-
inge-
form-
prae-
diffet, ut uel puerulus
consulerent; uel adu-
quaerent: profecto
aequasset, aut superas-
tate, dulcissimo otio,
nescio quo modo, tu-
porum interpellandam
procures in partes disti-
salutis publicae uel im-
tes, uel parum memo-
perbi, a cura rerum ca-
impudentes, turbulen-
modestiae Apostolicae
dum, quam ignoscendi-
diu iam omnis matura
rannidis uim iniquissim-
retur. Itaque atrox te-
norant ante, nec poste-
que misceret, diuina h-
sacerdotium collideret
rum audaciam accend-
ret, ipsumque Augustu-
ret. Haec calamitas



quis umquam
e is fuit HENRI-
ue III. appellant)
manu promptus,
lus, bello uictor,
n imperii ubique
ora tempora inci-
nellae maiori fide
tegritatis laudem
omnes facile aut
rerum tranquilli-
o potuisset. At,
felicitem tem-
umfusa tenebris:
ommodo intenti,
on satis intelligen-
ni, luxuriosi, su-
uerfi: Pontifices
dominatus quam
, & ad uindican-
bensor: Denique
transalpinae ty-
i fulmina experi-
nec priora saecula
caelum terram-
et, imperium ac
garet, improbo-
n misere adflige-
is modis exagita-
em redundabat.
Omnis

CHRISTIAN-FRANZINI-DRUCKER
FRIEDRICH LORENZ, AVIA-DRUCKER
KÖNIGLICHES BIBLIOTHEK



DE iniquitate temporum, si quis umquam habuit, cur quereretur, certe is fuit HENRICVS IV. (quem Itali plerumque III. appellant) Imperator animo intrepidus, manu promptus, ingenio sollers, consilio prouidus, bello uictor, forma decorus, ac maiestatem imperii ubique prae se ferens. Qui si in meliora tempora incidisset, ut uel puerulus nactus esset, qui aetati tenellae maiori fide consulerent; uel adultus, qui in republica integritatis laudem quaerere: profecto superioris aetatis augustos omnes facile aut aequasset, aut superasset, Germanique summa rerum tranquillitate, dulcissimo otio, & aureo plane frui saeculo potuisset. At, nescio quo modo, tum omnia conspirabant ad felicitatem temporum interpellandam. Plebs erat stupida & circumfusa tenebris: procures in partes distracti ac priuato quisque commodo intenti, salutis publicae uel imprudenter amantes, uel non satis intelligentes, uel parum memores: antistites sacrorum uani, luxuriosi, superbi, a cura rerum caelestium ad alia omnia conuersi: Pontifices impudentes, turbulenti, factiosi, arrogantes, dominatus quam modestiae Apostolicae studiosiores: Deus iratus, & ad uindictandum, quam ignoscendum mortalium culpae propensior: Denique diu iam omnis matura Germania, quae saeuam transalpinae tyrannidis uim iniquissimaque lous illius Capitolini fulmina experiretur. Itaque atrox tempestas coorta, qualem nec priora saecula norant ante, nec postera fortasse uidebunt, quae caelum terramque misceret, diuina humanaque iura confunderet, imperium ac sacerdotium collideret, bonorum patientiam fatigaret, improborum audaciam accenderet, Germaniam omnem misere adfligeret, ipsumque Augustum HENRICVM IV. inauditis modis exagigaret. Haec calamitas non ad unum Imperatorem redundabat.

Omnis

CHRISTIAN-ERNESTINI THEOPHILUS
PREF. IOHANNIS LOBERTI, AULIC. CANCELLARII ET LIT. COLLEGI
BARATHI

Omnis eius familia in societatem inuidiae miseriaeque uocabatur. Mater AGNES, WILHELMII, Pictauorum principis filia, HENRICI III. altera coniux, paullo post mariti obitum in grauissimam suspitionem adulterii fuit adducta, & haud obscuris uulgi rumoribus accusata, multo familiarius, quam & matronam, & uiduam, & Imperatricem deceret, HENRICO usam, Episcopo Augustano. Tristis accusatio, & famae uel faeminei sexus, uel imperatoriae fortunae incredibiliter infesta. Quae accusatio si aequos iudices moueret, conclamatum de castitate AGNETIS esset. At mihi, qui aetate tam remota causas amoris aut odii procul habeo, longe secus uidetur. Itaque quum alii uel innocentiam illustris alicuius personae labe calumniarum, iniuria temporum, obliuionis nocte obrutam uindictarunt; uel uirtutes, quarum species humano generi fucum fecerat, saeculisque aliquot imposuerat, sollicitarunt, eisque laruam quasi detraxerunt: Ego in praesenti AGNETIS famae, haud inuita, uti spero, ueritate, opem feram. Quo labore hoc defungar lubentius; quo minus compertum habeo, quemquam de AGNETIS innocentia umquam cogitasse. Primum autem, quibus scriptoribus laudata fuerit, memorabo. Deinde, a quibus accusata, & cuius criminis, & quare, breuiter expediam. AVCTOR VITAE HENRICI IV. apud PISTOR p. 183. *Beatum, inquit, regni statum AGNES imperatrix serenissima, uirilis ingenii faemina, multum iuuuit. Ac paullo post: Puerum matre spoliabant, cuius maturam sapientiam grauesque mores metuebant.* Huic adiungo, ut aetate prorsus aequalem, ita maiori nominis fama illustratum, LAMBERTVM SCHAFFNABURGENSEM, qui quum * de raptu HENRICI adolescentuli exposuisset: *Imperatrix, inquit, nec filium sequi, nec iniurias suas iure gentium exposulare uoluit, sed in propria recedens, priuate deinceps aetatem agere proposuit. Nec multo post taedium passa aerumnarum saeculi, domesticis quoque erudita calamitatibus, quam cito & uelociter exsufflante spiritu DEI exsiccetur foenum temporalis gloriae, & reliqua.* Neque OTTO FRISINGENSIS ** nostram augustam infamat. In hanc enim scribit sententiam: *Hic (HENRICVS IV.) primo sub custodia matris fuit, ipsaque per aliquod tempus prudenter ac strenue imperium rexit, postmodum consilio quorundam matri alienatus per se regnauit. Quod seminarium maximae dissensionis fuit. Porro nobilissima Imperatrix, mutationis rerum intuitu, ad monasterium Frueriam religiose uiuens se contulit.* Eximium quoque praeconem laudis nacta est AGNES CONRADVM VRSPERGENSEM, *** qui: *Agnes Imperatrix, inquit, mater pueri, (HENRICI IV.) regnum sub sua cura aliquandiu tenuit, ac sapienter & strenue rexit, donec principes aliqui inuidia ducti, puerum matri abstulerunt, eamque regimine regni abalienauerunt.* IDEM & alibi * sibi constat: *AGNES Imperatrix, mater regis HENRICI, taedio affecta, uel potius diuinitus compuncta, ducatum Baioariae deposuit, & regni gubernacu-*

* ad an. 1062. ** cap. 34. Chron. *** ad an. 1056. * ad an. 1069.

la penitus contemnens pro Christo se Romam contulit, ibique dignis poenitentiae fructibus mira inseruiens humilitate post aliquot annos in domino praesentem uitam finiuit. AGNETIS denique innocentiae haud dissimulanter suffragatur SIGEBERTVS GEMBLACENSIS: ** ANNO, inquit, Episcopus Coloniensis concilio primorum regni indigne ferentium, per AGNETEM matrem Imperatoris HENRICI non uiriliter gubernari - - At Imperatrix necessitatem uertens in uoluntatem, ut obstrueret os loquentium de se iniqua, non solum honore regni, sed etiam honore seculi reiecto, Romae ad limina Apostolorum se contulit, ibique usque ad finem uitae omnibus bonis exemplo & miraculo fuit. Atque haec repetit etiam MAGNVM CHRONICON BELGICVM. *** Vt taceam, eam appellari religiosissimam Imperatricem, ab AVCTORE VITAE ANSELMII LVCENSIS. * Qui recentiorum scriptorum praeclare de nostra augusta senserint, non attinet enumerare. Satis habeo, quod BARONIVS, ** SIGONIVS, *** CUSPINIANVS, * his partibus fauent. Itaque AGNES nostra haud illaudata dimittitur ab laudatis grauibusque uiris. Quae etsi causam idcirco nondum uicit; commendationis tamen, nisi fallor, aliquanto plus habebit, quod tantis testibus septa in forum procedit. Hoc certe impetrare nostram augustam haud iniquum erit, ut ne tristi Romanorum illa littera, reorum terrore, ante illi minitemur, quam causam accuratius cognouerimus. Dispiciamus ergo, a quonam timendum AGNETI potissimum esse uideatur. Primus est, quem etiam inter laudatores retulimus, LAMBERTVS SCHAFFENABURGENSIS. ** Is: Imperatrix, inquit, nutriens adhuc filium suum, regni negotia per se ipsam curabat, utebaturque plurimum consilio HENRICI Augustensis Episcopi. Unde nec suspicionem incesti amoris effugere potuit, passim fama iactitante, quod non sine turpi commercio in tantam coaluissent familiaritatem. Alter CONTINVATOR HERMANNI CONTRACTI, *** qui tamen de adulterii consuetudine ne uerbum quidem addit. Eodem, inquit, tempore HENRICVS Augustanus Episcopus apud Imperatricem, summum consilii locum habuit, quod nonnullis regni principibus, insolentiam eius non ferentibus, multum displicuit. Recentiores, in primis IO. HÜBNERVM, qui * lepidam narrat de HENRICO Episcopo fabellam, quum, unde hauserit, parum compertum habeam, nihil moramur. Iam, quidtribuendum sit his testibus, & utrum famae AGNETIS labem queant adspargere, expendamus. At LAMBERTVS tantae rei auctor est, inquis, & aequalis, & magna fide? Fateor equidem; sed VOSSIVS ** tamen censet, eius fidem in rebus HENRICI IV. claudicare, idque multorum esse iudicium. At faciamus, profectum ab eo nihil nisi uerum esse: Quid tandem memoriae prodidit? Agnetem plurimum consilio HENRICI usam. Nullum scelus. Quid deinde? Suspicionem incesti amoris effugere non potuisse. Ne hoc quidem. Quisenim

con-
 ** ad an. 1662. *** ap. PISTORIUM p. 117. * Vid. HAHN Reichs-Historie P. III. p. 63.
 ** T. XI. Annal. ad an. 1062. nr. 19. *** de regno Ital. L. IX. p. 208. * In uita
 Henrici III. & IV. p. 281. & 282. ** ad an. 1062. *** ad an. 1057. * T. VII.
 Hist. p. 356. ** de Hist. Lat. L. II. p. 384.

condemnare omnes auit, qui in suspicionem incurrunt? Quid potestremum? *Famam iactasse, quod non sine turpi commercio in tantam coa- luerint familiaritatem.* Fama uero etsi haud semper errat, *** tamen saepenumero mendacissima est. Atque hoc in primis tenendum, quum origo, unde dimanauit rumoris malignitas, potest demon- strari. Constat autem inter omnes, & clarissimorum historicorum fide confirmatur, inuidiam, ambitionem, auaritiam, aemulatio- nem, omnesque artes malas conspirasse ad imperium AGNETI ab- rogandum. Haud dissimulat ipse LAMBERTVS SCHAFFNABVRGEN- sis: * *Ea res Principes grauiter offendeat, uidentes scilicet, quod propter unius priuatum amorem sua, quae potissimum ualere debuerat, auctoritas pene obliterata fuisset.* Itaque indignitatem rei non ferentes, crebra conuenticula facere, circa publicas functiones remissius agere, aduersus imperatricem popu- larium animos sollicitare, postremo omnibus modis niti, & reliqua. Inui- diae VRSPERGENSIS ** expressis uerbis meminit, qui praeterea ita fer- monem persequitur: *Quod ille (ANNO Colonienfis) qua intentione fece- rit, uel qualiter diuino iudicio placuerit, discernere non ualemus: multa tamen incommoda extunc orta, & deinceps aucta, certum tenemus.* Nam perinde dissensiores in regno, ecclesiae perturbatio, monasteriorum destructio, clerica- tus despectio, totius iustitiae ac religionis conculcatio & coepit, & permanet. Quo quid grauius potest, quid simplicius, quid apertius dici? Res igitur ipsa quum loquatur, quid opus esse pluribus uerbis putemus? Ac cum augusta nostra reliquis in rebus tantopere uirtutibus elu- xerit, ut reipublicae bene administratae laudem ferret, ut iniurias obliuisci quam ulcisci mallet, ut cum inimicis etiam in gratiam red- iret, ut imperio sponte se abdicaret, dominandique dulcedinem solitudini postponeret, ut omnem reliquam uitam in claustrorum tristitia, quam in aulae splendore, in celebritate purpuratorum, in maiestatis & magnificentiae pompa transigere praeoptaret: An sa- tis uerisimile uideatur, eam in uno castitatis officio claudicasse? Profecto tantum obtrectatorum inuidiae, maleuolorum calumniis, aemulorum rumoribus dari haud oportet, ut idcirco augustae AGNETIS castitati detrahatur. Ac ne quid praetermittere uidear, quod aliquam uim habet ad innocentiam eius euincendam: mul- tis modis secum ipsa pugnat HENRICI Episcopi historia. Quod plerumque solet fabulis mendaciisque usu uenire. Quam enim cum AGNETE augusta familiaritatem uulgo habuisse dicitur, eam CHRONICON AVGVSTANVM SIGISMVNDI *** refert ad Imperatoris so- rorem. Dignus omnino est, quem hic exscribam, locus: *Cum ob- lationes fierent notabiles a populo, idem HENRICVS Episcopus nitebatur sibi appropriare, sed compulsus fuit per Apostolicum Alexandrum a coeptis desi- flere, ablataque restituere.* Vindicta etiam non caruit. Nam dum Impera- toris sororem sub fide commissam suspecta familiaritate tradasset, re prodita,

*** Tacit. in Agric. 9. * ad. an. 1062. ** ad an. 1076. *** ap. Pistor. p. 601.

post-

postquam obsidione in castro Walckenstain uexatus fuisset, tandem proditiōe a suis inductus Imperatori se tradidit, a quo & accepto prius signo & testibus crudeli morte compulsus decedere euita. Quod reliquum, equidem haud negauerim, & AGNETEM augustam ea culpa non omni uacasse, quod HENRICO Augustano plus potestatis permiserit, quam reliqui principes ferre possent; & HENRICVM ipsum gratia augustae, fortunaeque ad uota fluentis fauore insolentius usum, quam sapientem deceret. Testem habeo LAMBERTVM SCHAFFNABVRGENSEM, * cuius fidem hac in re infirmare nolim. Ille autem: HENRICVS, inquit, Augustensis Episcopus obiit, (A. C. clō LXIV.) inuisus Regi, inuisus Episcopis omnibus, propter superbe administratam regni gubernationem, tempore Imperatricis. Caecum itaque illum fortuna effecerat, quum tam amabiliter complexa esset, & ipse prosperis rebus immutatus ita irritauerat alienam inuidiam, ut ea non ante quiesceret, quam hominem impotentem elatumque fastidio ac contumacia ab rebus gerendis amouisset. Quod etsi ita est, crimen tamen adulterii & ab Augusta, & ab Episcopo amoliendum esse, haud temere mihi persuasum habeo. Atque haec res si manet, neque aliis argumentis labefactari potest, habet sane HENRICVS IV. cur sibi gratuletur, quod matre casta innocentique usus est, idque laudes eius & multum auget, & ab augusta gente infamiam prohibet. Sed de ipso Imperatore HENRICO IV. quidquam in praesenti addere, decretum mihi neutiquam est. Relinquam id tribus adolescentibus, ingenio ad laudem erecto, moribus ad elegantiam compositis, & spe haud mediocri, nostri collegii ciuibus,

FRIDERICO OERTELIO,
GVILELMO CASIMIRO FRVHEAVF,
IOSEPHO GVILELMO FRIDERICH,

illis Baruthinis, huic Curiae Variscorum nato, qui HENRICI res moresque persequi in animum induxerunt. Ac POSTREMVS quidem accusatoris functurus munere de naeuīs HENRICI IV. lingua uernacula dicet; ALTER eadem lingua orationem pro HENRICO IV. habebit, telaque aduersarii repellet; PRIMVS denique, quod historici est, curae habebit, mediumque se partibus praestaturus de uitiis uirtutibusque HENRICI IV. latine aget. Quas orationes nostrorum ciuium ut Patres conscripti, Mecaenates, rerum ciuiliū sacrarumque administri, collegae, meliorumque litterarum aequi existimatores omnes beneuole audire uelint, quanta possumus maxima obseruantia humanitateque rogamus. P. P. Domin. Exaudi

A. C. clō lccc XXVI.

ad an. 1064.





B

Beg

Hier lässt
Hier r
Die ander
Der grüne
Stellt

Recitati

So sprach Amyntas
Als er in kühlen Sch
Mit seiner Schäferin
Sich hingesezt.
Sie rufften da den an
Die sich an diesem D
Den erst vor kurzem l
Mit seiner Gegenwart
Von ohngefehr versam

chte.

Bergnügen
er Brust
otner Lust;
n,
ahr,
iffen
ieser Erden dar.

